

## Band XI., Nr. 5007, Seite 44-45

*Der Official von Konstanz entscheidet in dem Streit des Klosters  
Bebenhausen und des Pfarrers von Reusten gegen H. genannt Villice von  
Horb.*

Konstanz, 1297. April 29.

. . officialis curie Constantiensis omnibus presentium inspectoribus salutem in domino cum notitia subscriptorum. In causa mota inter religiosos viros . . . abbatem et conventum monasterii in Bebenhusen ordinis Cisterciensis patronos ecclesie in Obernkilch nec non Hainricum rectorem eiusdem nomine ac vice ipsius ecclesie ex una et H. dictum Villice de Horwe ex parte altera coram nobis super eo quod predicti abbas conventus et . . . rector asserebant prefatum H. Villice Erlwinum villicum prefati monasterii in Böndorf, . . . dictum Totzzeler de Ütingen<sup>1</sup> ac alios quam plures homines censuales ipsi ecclesie Obernkilch indebite compulsisse et compellere ad solvendum stüras munera servitutes exactiones et census illicitos prout hec in libello super hoc confecto plenius continentur, lite legitime contestata prestitoque iuramento calumpnie a . . . procuratore . . . abbatis et conventus predictorum utpote patronorum et ab ipso H. rectore seu eius procuratore utpote ipsius ecclesie rectore, prestitoque predicto iuramento ab ipso H. Villice quoad prefatos abbatem et conventum patronos predictos ipsoque H. Villice iuramentum calumpnie quoad ipsum rectorem prestare recusante, licet sepe et sepius ad illud prestandum humiliter fuerit monitus et requisitus, quemadmodum de sua contumacia et recusatione fides etiam nobis facta fuerit per litteras viri discreti H. incurati in Sülchen, cui a nobis iniunctum fuit sub commissione speciali ad recipiendum a H. Villice prenotato calumpnie iuramentum, prout hec per acta plenius liquent – quia invenimus exhigente iustitia ipsum H. Villice pro convicto fore habendum ideoque ipsum habentes pro convicto in quantum tangit personam rectoris predicti, in hiis scriptis sententialiter condemnamus eundem ad desistendum imposterum a compulsione seu impositione stürarum munerum servitutum exactionum ac aliorum censuum illicitorum quoad predictas personas seu alios de quibus constiterit ipsos fore predicte ecclesie censuales, ipsis super premissis quoad personam ipsius rectoris perpetuum silentium imponentes. Reservamus nichilominus prefato rectori expensas litis, que taxatione nostra prehabita de iure fuerint refundende.

---

<sup>1</sup>Eutingen.

## II

Datum Constantie, anno domini MCCXCVII., III. kalendas Maii, indictione X.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Zum Siegel vgl. die Siegelbeschreibung zur Urkunde Nr. 3279 (WUB, Bd. VIII, S. 418).

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 474 U 1791

**Editionen:**

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.  
1=40 (1886) - [...], Bd. 14, S. 445.

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Konstanz

**Aussteller:**

Konstanz; Offizial

**Ortsindex:**

Bebenhausen Wohnplatz (16199)

Bebenhausen, Tübingen, TÜ

Bondorf Wohnplatz (88)

Bondorf, BB

Eutingen im Gäu FDS

Eutingen im Gäu Gemeinde (7398)

Horb am Neckar Wohnplatz (7484)

Horb am Neckar, FDS

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Poltringen : Ammerbuch TÜ

IV

Poltringen Wohnplatz (16228)

Reusten Wohnplatz (16229)

Reusten, Ammerbuch, Tü

Sülchen Wohnplatz (16189)

Sülchen, Rottenburg am Neckar, Tü